

Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

HISTORIAE EC||CLESIASTICAE PARS || PRIMA, QVA CONTI-||NENTVR ||
Eusebij cognomento Pamphili Cæsareæ Palæ-||stinæ Episcopi lib. 10.||
Eiusdem de vita Constantini magni lib. 4.|| Oratio Constantini magni ad
sanctoru[m] cœtu[m].|| Oratio eiusdem Eusebij in laudem Constanti-||ni
magni ad trigesimum ...

Christopherson, John

[Köln], 1569

De persecuzione quae sub Nerone accidit, in qua Petrus & Paulus Romae
martyrio pro pietate condecorati sunt. Cap. XXIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29861

De persequitione quæ sub Nerone accidit, in qua Petrus & Paulus Romæ martyrio pro pietate condecoratis sunt.

C A P. XXIII.

IAm verò Nero simul ac imperium suum erat firmè corroboratum, ad impios & nefarios conatus toto pectori incubuit: atque ad ipsum verum cultum & pietatem in Deum omnium rerum authorem oppugnandā seipsum fortiter armavit. Cæterū qualis hic tandem fuerit, quantumq; improbitate nobilitatus, non est præsentis quidem otij & temporis perscribere: Sed qui voluerit, poterit ex multis scriptoribus, qui eius res gestas historiis suis accuratissimè tradiderunt, hominis importunæ insanæ feritatem facile cognoscere. Qua quidem exagitatus infinitorum penè hominum cædes, nulla habita ratione, machinatus, eò crudelitatis proruit, ut ne ab interitu quidem maximè necessariorum, & summa sibi amicitia coniunctoru cruentas manus abstineret. Nam matrē, fratres & vxorem, cum aliis infinitis sibi generis vinculo coniugatis, perinde atque hostes & inimicos, variis mortuum generibus affecit, verū ad omnia eius scelera hoc unum deesse videbatur, quo tanquam titulo insigniri debuerat, quod scilicet primus ex imperatoribus Romanis, religiosi cultus, qui sacro numini tribuitur, hostis infestus declararetur. Cuius Tertullianus Latinus scriptor, sic ferè facit mentionem. Consulite, inquit, vestros com- Tert. in
mentarios, illic reperietis, primum Neronem in hanc apol. ad-
septam, tum maximè Romæ orientem, Cæsariano gladio uersus
ferocissē. Sed tali dedicatore damnationis nostræ glo- gentes.
riemur? Qui enim scit illum, intelligere potest, non nisi aliquod bonum grande à Nerone datum. Iste igitur,
qui hoc pacto infestissimus Dei hostis primus prædicatus
fuit, ad apostolos etiam trucidandos incitabatur. Paulum
proinde Romæ eo regnante, securi percutsum, & Petrum
etiam suffixū cruci, historiarum monumentis proditum est.
Quinetiam insignis ac testata Petri & Pauli inscriptio,
quæ in cæmiteriis Romæ, ad hoc usque tempus ma-
net, huius rei gestæ fidem facit. Atque hæc ita se habe-
re, confirmat itidem vir ecclesiasticus, Gaius nomine
(qui

EVSEBII HISTORIAE

(qui Zephyrini Pontificis Romani tēporibus vixit) inq;
disputatione scriptis prodita, quam cum Proclo Cata
Phrygum hæresis & opinionis patrono habuit, eadem
ipsa de locis, vbi sacra apostolorum (quos supra citau-
imus) tabernacula locabantur, afferit. Ego, inquit, aposto-
lorum trophæa perspicue possum ostendere. Nam si lu-
bet in vaticanum proficiisci, aut in viam, quæ Hostiensis
dicitur, te conferre, trophæa eorum, qui istam ecclesiam
suo sermone & virtute stabiluerūt, inuenies. Porro Dio-
nysius Corinthiorum episcopus illos ambos martyrium
eodem tempore pertulisse. Sic ad Romanos scribēs cō-
memorat. Petru & Paulum, qui Romanos & Corinthios,
primum in ecclesiam Christi inseruerunt, prudenti qua-
dam admonitione impulsi, in vnum locum conclusiſtis.
Nam ambo cum & nostram Corinthi & vestram Romæ
ecclesiam fundassent, & eiusdem doctrinæ præceptis, tum
nostros animos, tum vestros imbuissent, eodem tempore
pariter martyrium subierunt. Atque ista hoc loco intex-
uimus, quò rei gestæ maior certiorq; adiungatur fides.

*Quomodo Iudæi infinitis malis exagitati sunt, & quomodo
postremum bellum Romanis intulerint.*

CAP. XXV.

Iosephus rursus vbi permulta de clade, quæ vniuersam
Iudeorum gentem oppresserat, differuerit, narrat his
propemodum verbis quo pacto, præter alios complu-
res homines plebeios, infiniti ex illis, qui erant apud Iu-
dæos, in summo honoris gradu locati, cæsi verberibus à
Floro in crucem acti essent. Hic verò Iudææ præfectus
tum fortè fuit, cum bellum Iudaicum duodecimo anno
Neronis imperij erat concitatum. Deinde idem scriptor
propter quandam Iudeorum seditionē Cæsareæ ortam
ait, adeo grauem & pestiferum tumultum passim per to-
tam Syriam peruersisse (dum Iudæi ex suis hominibus ci-
uitatem quanque incolentibus tanquam ex capitalibus
inimicis extinguebantur) uti ciuitates corporibus inhu-
matis refertas: senes mortuos simul cum infantibus mi-
serabiliter proiectos, mulieres omni integumento, quod
ad pu-